


STATUTA
LINGONEN

147









OHANNES damboise dei & aplī ce sedis gracia Episcopus dux lingo nensis & par francie | xpīanissimiq; principis domini nostri regis in ducatu & comitatu burgūdie ac partibus adiacētes generalis locūtenens : Vniūsis & sīgulis abbatib⁹ Abbatissis Archidiacoīs | priorib⁹ Archipris | Decaīs Curatis & ceteris uiris ecclīasticis p Ciuitatē et dyocesī līgonēsis cōstitutis | Ac | aliis qbuscūq; presentes uisuris & audituris : Salutem in domino unam quidem esse oīum pfectissimā uirtutē Arbitrandum est hoīnibus | iusticiam. Scilicet que uim omnibus distribuit / Conatus illicitos reprimens & errata condemnans : que aliis augetur uirtutibus. & perficit uirtuosos : | Eo ꝙ iusticiam colere summum noscitur esse bonum. Quod & licet uniuersis incumbat : Spāliꝰ us tamen in pontificali culmiē cōstituti qui iuris executores existunt : Ad excercicium iusticie tenenť : Eo ꝙ reintegranda sunt omnia Ordiācione pontificum. Quecumq; secundum uarietatem temporum Per quoruncumq; fraudes | abusus / uiolencias | seu oppressiones ab ecclesiis substrahuntur : Aut contra iura | libertates / & immunitates ecclesie ppetrāť : uel iuris ordine turbato | de proximo in proximum cuiuscumq; status fuerint / quitq̄ machinatū aut actemptatum extitit. Ad hoc quoq; pontificum officia

ſe extendunt .et circa ea ſingulariter inhiare /et aīos ſuos applicare debent: ut eorum ſubditi quiete | et pacifice uiuant /diſcordias et iurgia euitent: et mali iura et prelatorum auctoritatem contempnentes diſtricte penis et cenſuris eccleſiaſticis ad eos compeſcendos urgeātur: Bonis q; et uirtuoſis iuuamē & auxiliū tribuatur. Ex iniuncto enim nobis paſtorali officio incombit /ut hoīm ſubditorum noſtrorū potiſſime clericorum inſolenciis | ac cautelis conemur obſiſtere: Quod nobis a promotionis noſtre tempore ſemper cordi fuit. Sed magnis ac ardius ipſius domini noſtri Regis et rei publice | In regiminis noſtri partibus / cauſis /et negociis occupati: Synodum noſtram ſingulis annis in quib⁹ predicta tractari debebant Et ſubditorum noſtroꝝ querelas et nouitates ſi que forent / et reformare poteramus: nullatenus celebrare Aut circa ea que reformatione: Indigebant inter ſubditos noſtros uacare | et intendere potuimus: Dum tamen opportunitas temporis nobis occurrit: Per officiarios noſtros ſtatuta ſynodalia ac ordinationes predeceſſorum noſtrorū Actencius uiſitari fecimus: Vt que ſalubria et utilia forent | abſq; mutatione per nos confirmarentur | Ac Innouarentur Que autem ſuperflua eſſent reſecarētur. Et circa dubia /interpretatione / declaratione / aut limitatione/ indigencia: utilem et neceſſariam

pro ſubditorum noſtroꝝ releuacione | interpretacionem | limitacōnem | & declaracionem faceremus. Eaquippe que reformanda Innouāda | limitāda | & emendanda comperimus: In unū uolumē conſcribi iuſſimus: Et in hac ſynodo nrā | die mercurii poſt dnīcam qua in ſancta dei eccleſia pro introitu miſſe cantatu extitit Miſericordia domini: Anno domini milleſimo quadrīgenteſimononageſīo primo In eccleſia noſtra lingonēn celebrata / legi et publicari fecimus: Eaſq; obſeruari diſtricte. per totam dyoceſim noſtrā ſub penis in eiſdem incertis mandamus / & precipimus: mādamuſq; & precipimus per pñſētes. Non intendentes ꝑpterea ſtatuta & conſtitutiones per predeceſſores noſtros hactenus fctā & fctās | Aliquomodo reuocare / aut adnullare: ſeu illis aut eoꝝ alterum derogare. Quinymo ea & eas inuiolabiliter ſaluis moderationibus | addicionibus | & limitationibꝫ infraſcriptis obſeruari in noſtris ciuitate et dioceſi lingonēn uolumus precipimus | & ordinamus

De modo ueniendi ad ſynodum

Morem antiquoꝝ ſanctoꝝ patrū Necnō predeceſſoꝝ noſtrorū epiſcopoꝝ lingonēn ſequēdo | ꝑ reforācioē ſubditoꝝ noſtrorū maxīe ſacerdotū | et precipue curatoꝝ ac aliorū eccleſiaꝝ nrē dioceſis rectorum: ad finē ꝙ ex freqtacioē ſynodorum | mores & ſtat⁹ eoꝝ

in melius ualeant reformari: Excessus & abusus cor-
rigi & emēdari: Ad quod singulariter expastoralis
officii nobis Incumbēn zelo / sēp cum dei auxilio as-
pirauimus: Statuimus . ordinamus & declaramus
Quod a modo singulis annis synodū nostram gene-
ralem feria quarta post dnīcam de misericordia dnī
Iuuante deo celebrari uolumus & intēdimus . ipām
q; legitīe impedimento cessante celebrabimus . Qua
re omnibz & singulis Abbatibz / prioribz / decanis
curatis / ac aliis supradictis qui de iure uel antiq̄ cō
suetudīe ad dctāz synodū comparere tenēt: precipi-
m⁹ & mādamus quatinus de cetero sīe alia citacione
aut assignacione diei singulis annis dicta feria quar-
ta in nostra lingonensi ecclesia ad predictam synodū
nostram uenire / & comparere teneantur . Eosq; &
eorum singulos per presentes citamus: Eisdem in-
timando | Quod contra nō uenientes / aut comparere
negligentes | tanq̄ contra contumaces procedemus
aut procedere faciemus: prout iuris fuerit & raciouis

In titntlo de sortilegiis

Quoniam circa ea que grauiora sunt / & in quibus
maius periculum uersatur Intenciores esse debemus
: & magis Inuigilare / salubreq; remedium quātum
possibile nobis est apponere: Cunq; temporibus
nrīs prothdolor in multis locis nostre lingonensis
diocesis prout percepimus & nobis relatum extitit

multi ſunt utriuſq; ſexus homíes | ſortilegia & maleficia excercentes & praticantes : Eiſdemq; fidem & oppinioné in eorū neceſſitatibus adhibentes : Ac concilium / remediūq; in ſuis aduerſitatibus / infirmitatibus / ac neceſſitatibus ab impiis & reprobis ac ſortilegiis exquirentes : q̃uis per predeceſſores noſtros epiſcopos lingonén contra predicta ſortilegia multa ſtatuta quampluresq; inhibiciones / condita & facta facte q; et promulgate fuerint : Addendo tamé premiſſis ſtatutis & inhibicionibz : uolumus ſtatui et ordinamus : q̄ ſingulis diebus dnícis per curatos ſeu uicarios noſtre dioceſis ultra predicta per dictos predeceſſores noſtros ordinata / inhibeatur publice omnibus et ſingulis : Ne ad magos / aut ſortilegos | uel augures | pro uita uel morbo uel pro morte hoím ſeu animalium uel pro rerum ſuarum perditarum recuperacione | Aut contra grandines uel tempeſtates | aut ut a uiro uel muliere magis amentur : Aut pro quolibet alio remedio uel concilio ſuperſticioſo ab illis expectando recurrant / Aut in domun ſuam quaſi ut malum foris mictant uel maleficium aut rem perditam inueniant | prout nuper in dicta noſtra dioceſi factum fuiſſe compertum eſt / introducant

TEM q̄ nemo maleficia quelibz in tabulis uel codicibus uel ĩ astrolobio reqrat. Nemo in herbarũ collectioĩb⁹ carmĩa / incantacioẽs / aut alias obseruaciones preter dnĩcã oracioẽm & cymbolũ adhibeat. Non in breuib⁹ suspẽdẽdis uel ligãdis ad collũ uel pugnũ / aliquid scribat. Constellacioẽs / lunaciones / klãs Ianuarii / inicia mensiũ / Credẽdo uidelz in illis uirtutẽ seu neccessitatẽ inesse / obseruet : aut eis fidẽ adhibeat. Nulla eciam tẽpora sũt extimẽda ut quis in eis nolit aut uelit aliquid inchoare : Vt sibi ꝓsit uel noceat.

nterdicimus eciã ne quis per duodecim signa celi / nascẽciũ in illis / mores / Actus / euẽtus / aut effect⁹ predicere presumat : aut eis fidem prestet : Et ne homo pro domo fabricanda aut coniugio faciendo uel huioĩ / illa obseruet.

uicunq; autem post generales prohibiciones quas In missarum solenniis / diebus dominicis per sacerdotes super hiis fieri precipimus : Si cõtra premissa fecerint : Ingressus ecclesie & ecclesiastica sacramenta eis omnino interdicantur : Ac uinculo excomunicacionis innodentur : Aliisq; iuris censuris & penis per officiarios nostros pugniantur

De missis [1] & aliis officiis in ecclesiis celebrandis & dicendis | & de decécia habitus per curatos & alios sacerdotes tenenda & obseruanda • In excerciciis diuinorum officiorum •

VIA multas querelas a curatis & eorum Vicariis nostre diocesis hactenus Officiariis nostris frequenter factas fuisse super perturbacione eis illata p nónullos pbros notos & Ignotos quo ad celebrationé missarum in suis ecclesiis cognouimus potissime diebus dominicis solennibus : In parrochianorum suorum deuocionis diminucionem ⁄ Iuriumq; Ipsorũ curatorum seu uicariorum substractionem & attenuacionem : Presenti statuto perpetuo inhibemus Omnibus & singulis presbiteris In dyocesi nostra constitutis : Ac aliis superuenientibus & extraneis quibuscũq; : Ne de cetero diebus dnícis & solénib⁹ âte misse parrochialis celebracõné | Potissĩe âteq̄ precepta illis diebus fieri solita | facta fuerĩt : & offertoria finita ⁄ Missas peculiares ⁄ aut eorũ deuotionem ⁄ In dctĩs ecclesiis parrochialibus dicere aut celebrare presumant : Absq; curatorum seu uicariorum predictorum licencia petita ⁄ & obtenta : Cum secũdũ canoĩcas sãctioés. Nulli sacerdoti liceat missas peculiares seu priuatas dicere : per quas populus A aiiii

publicis missis solénibz / que hora debita fieri consu euerũt / distrahatur. Nisi tamen a casu alique noblés spectabiles / aut egregie persone ibidem supuenerĩt : ꝓpter quarum reuerenciam honorem seu dignitaté merito hoc tollerari debeat. Si quis autem preséti̇s nostri statuti infractor extiterit : pena quadragĩta so/lidorum turonén multabitur. quorum medietatem nobis : reliquam uero dictis curatis aut uicariis uo/lumus applicari. Tenebũturq; predicti curati seu ui/carii sub pena prestiti nobis iuraméti | noĩa & cogno/mĩa infractorũ dicti nrĩ statuti sigillifero nostro qua/ter in anno in scriptis mictere : aut alias sufficienter denũciare:

TEm omnibus sacerdotibus sub pena excoĩcacio/nis late séten | Inhibemus : Ne filios suos Illeggi tĩos sibi ad altare ministrare ꝑmictãt : aut diuina of ficia celebrare uel decãtare in suis ecclesiis | Ipĩs pre/sentib⁹ | ne inde scãdalũ oriatur | permittere aut tol/lerare presumant:

recipim⁹ insup omnib⁹ & sĩgulis pbrĩs | bene ficia curata tenẽtibz aut regẽtib⁹ : Vt dũ ipõs ꝑ mis/sa uesperis aut aliis officiis dĩnis ĩ eorum ecclesiis ce lebrãdis aut dicendis : Interesse cõtigerit. Sĩt decẽter

& honeste superlicio induti : Et sine ipsis ad diuina officia publice accedere non presumant :

TEm dum & quociens eos in ecclesiis suis intrare & stare cōtigerit : Ac quādiu ibi erunt : habeant capucia honesta / statui eoꝝ congruencia : Nec pileis aut barretis in ecclesia utant̄ : prout hiis temporibus absq; differēcia statuum aut personaꝝ prothdolor usus inoleuit . Qui quo ad uiros ecclesiasticos pocius abusus & quid indecens dici meretur

In titulo de festiuitatibus

AD laudem & glām dei omīpotētis ac dnī nostri ihū xpī / eiusq; gloriosissime uirginis marie que erga filium suū cōtinue pro fidelibz intercedit : Et ut xpīfideles nostre ciuitatis et dyocesis apud eam peramplius commendentur : Statuimus et ordinamus ꝙ de cetero prout in maiori parte ecclesiarum cathedralium & collegiatarum huius regni francie hactenus obſuatū fuit / & continue obseruatur : Omnes & singuli dnī abbates / priores / abbātisse / priorisse / Necnō curati uicarii / seu rectores parrochialium ecclesiaꝝ nrārum ciuitatis et dyocesis lingonēn : Singulis annis festa & solennitates concepcionis et annunciacionis dnīce in honorem dicte gloriosissime uirginis solenniter celebrent : et celebrari faciāt : diebz quibus predcta festa

occurrent | Vnacum octabis : prout & quãadmodũ in festis seu solẽnitatibus asũpcionis & Natiuitatis ipsius uirginis marie ab ãtiquo fieri consueuit

TEm cum tam per cõditores legũ ciuiliũ q̃ per traditiones sanctorũ patrum Inhibitũ sit signũ saluatoris nrĩ dnĩ Ihũ xpĩ in terrã aut petrã sculpere : maxime quod pedibus conculcari ualeat aut fedari : Omnib⁹ clericis tam religiosis q̃ secularib⁹ nrãrum ciuitatis & diocesis lĩgonẽn in uirtute sancte obediẽcie | Ac sub pena excoĩcacioĩs . & Centũ solidorum elemosine nostre applicãdo℞ / Inhibemus ne de cetero in eorum ecclesiis aut cimiteriis super tombas lapideas / eneas / uel cupreas . signum ipsius domini saluatoris / crucem uidelz / aut ymaginem ipsius crucifixi , sculpere permittant . Quinymo sculpere uolentes sub simili pena prohibeant . Et si sit aliqui contrafacientes : eos promotori nostro infta mẽsem referre & denunciare teneantur / penas predictas lituros : aut alias iuxta criminum exigenciam eos pugniri uisuros :

Tem ad tollẽdũ dubia p quosdẽ curatos & uicarios ecclesia℞ parrochialiũ nrẽ dioceß hactenuss facta : Precipimus | & sub peã excoĩcacioĩs iniũgim⁹ Oĩbus & sĩglĩs subditis nrĩs p Ciuitatẽ & diocisĩ nostras cõstitutis : quatinus ĩ diebz rogationũ ĩ qbz pcessiones

generales ab ecclesia fieri ordinate sūt : dictis proces/ sionibus intersint si fuerint cōiugati : aut saltim eoꝝ alter intersit . et quousqꝫ dicte processiones facte & complete fuerint : ab omībus operibus & negocia/ cionibus ac prophanis occupacionibus cessent : & penitus abstineant

TEM statuimus & ordinamus omnibus & singu lis dnīs abbatibus abbatissis | prioribz priorissis ma. xime conuētualibz / Capitnlis / collegiis / necnō cu/ ratis & rectotibz ecclesiaꝝ perrochialiū nrārum ciui/ tatis & diocesis: mandamusqꝫ & iniūgimus : ꝙ de ce tero singlīs primis diebus dnīcis cuiuslz mensis . ꝓ/ cessiones generales in suis monasteriis | ecclesiis/ collegiis | ac parrochiis / solenniter faciant : & de ce/ tero continuent : pro salute / quiete | transquilitate / & prosperitate xpīanissimi domini nostri regis ac re/ gni sui : Necnon pro serenitate ac prospera disposi/ cione aeris | ac multiplicacione fructuum terre : Et ꝙ populum sibi subditum moneant & inducant . Vt in dictis processionibus reuerenter & deuote intersīt

Titulus nouus de lrīs & instrumētis restituēdis

Deuitandum & penitus abolendum quorum/ dem peruersorum creditorum nostrarum Ci/ uitatis & diocesis līgonēn neqciā . Qui licz a suis debitoribꝰ que sibi debebātur receperīt: & de eis

integraliter fuerint persoluti : Vicio tamen Auaricie excecati | Certas notas seu instrumenta in quibus dicti sui debitores obligantur reddere seu restituere non curant : ymo frequanter & ut plurimum prout sciuimus accidice eas retinent & restituere negligunt aut recusant : Et postmodum bis uel ter quandoq; debita iam soluta in eorum dampnacionem exigunt : Precipimus sub pena excommunicationis late sentēn : quod omnes illi | cuiuscunq; status | aut conditionis existant | qui scienter & dolose retinent : aut preter uoluntatem debitorum suorum licteras | cartas | notas aut instrumenta de quibus eis integre aut plene est satiffactum : Eas aut ea | infra unum mensem a tempore publicationis presencium aut saltim a tempore eorum noticie | si facultatem restituendi habeant | reddant aut restituant : seu | reddi aut restitui faciant

TEm & qr multi retractis temporibz ī dctīs ciuitate & diocesi lingonēn commorātes occasioē pcessuū quos ī curia nrā spūali | aut eorum predecessores et a qbus ius seu actionem habēt cōducerūt aut habuerūt aut licteras seu īstrumēta cōtractuū ad eorum opus & utilitatem recipi fecerūt Graues & enorēs uexacioēs | maxīaq; dampna & īcommoda pati & hrē īuēti sunt : Exeo quod pcuratores ī dctā nrā curia pratiquātes aut

eorum heredes post decem quindecim aut uiginti an
nos & ultra expensas dictorum processuum & eorũ
salaria repetentes : Non solum eos pro quibus dic.
tos processus conduxerunt / Sed eciã heredes here/.
dũq3 heredes uisuros taxari dictos ꝓcessus | Ac eciã
licteras seu instrumẽta ꝑ eos factos / conductos / Ac.
receptos seu receptas Citari faciũt Coram Officiali
nostro : De quib⁹ sic citati propter diuturnitatẽ tẽpo/
ris : Et quia forte ut heredes Ignorãt quid responde/
re debeant : Nec quictancias per eos aut eorũ prede
cessores a qbus ius hẽnt : aut soluciones particulares.
seu generales eisdem procuratoribus uel eorum
predecessoribus factas ostendere possunt : Alii quo
que licteras | instrumenta / seu eorum notas et
prothocolla a predictis notariis qui eas uel ea rece/
perunt : redimere aut recuperare neglig enter distu/
lerunt uel forte / prout sepe contingit / habere aut
recuperare nequiuerunt : Vnde iudices subditi nostri
multipliciter grauantur / et opprimuntur / prout
super hiis et similibus sepissime infestati et attediati
fuimus : Nos cupientes dictos nostros subditos
prout iuris est sup hiis releuare : & eis de remedio
opportuno ꝓuidere : Statuimus / decernimus et
ordinamus / ꝙ de cetero dicti procuratores & postu/
lantes in predicta curia / et eorum heredes aut suc
cessores / suos debitores uel eoꝝ heredes occasione

dictorũ ꝓcessuũ | actoꝝ & munimẽtorũ ab eis deppendẽn . per eos conductorũ & sustentorũ | infra quadriennium a diebus sentenciarum suꝑ dictis ꝓcessibus latarum | Aut a tẽpore interrupciois seu cessacionis ipõrum | Et pro licteris & instrumentis ꝑ eos aut eorũ predecessores receptis | Infra triẽniũ a tprẽ recepciõis earũdẽ citari facere aut cõueĩre corã dicto nostro officiali pro tprẽ existenti | Visuros taxari dictos . ꝓcessus aut dicta ĩstrumẽta : poterũt si uelint alias ꝑ lapsum dicti quadriẽnii quo addictos ꝓcessꝰ | Aut triennii quo ad iamdicta instrumẽta | eorũ Actiones erũt prescripte | & expirate : ipãsq; | eorũ acciones prescriptas & expiratas e nunc protunt / & dictis terminis elapsis / declaramus

In titulo de moribus & honestate sacerdotũ

Quia ex incuria & negligencia curatorum & rectorũ ecclesiarum parrochialium dictarum ciuitatis . & diocesis lingonẽn | Et ob deffectũ legendi & studendi statuta synodalia predecessoꝝ nostroꝝ ac nostra / Nec Ipsi nec eoꝝ parrochiani predictis statutis imbuũtᷣ : Sed ea quasi penitus ignorant : Idcirco renouantes & aprobantes statutum domini philippi de uienna predecessoris nostri in titulo de moribus & honestate / sacerdotum in articulo incipiẽn Item quia Ocium & c : Omnibus & singulis predictis curatis aut

uicariis dicte nostre diocesis precipimus et Iniũgi-
mus : ut quotidie post diuini uerbi leccionem - dis-
cumbendo coram se in mensa legi faciant per cleri-
cos suos - unum uel duos titulos predictorum statu
torũ synodalium Et si clericos nõ habeant : post cibi
sumpcionem et graciarum acciones deo redditas
per se legant et Intelligant unum uel duos titulos
ut dictum est :

In titulo de uisitacionibus

AD abolendum abusus et exactiones per Arcdidya-
conos et decanos Rurales ac alios quibus ius uisitã-
di de Iure aut consuetudine competit | hactenus cir|
ca predictas uisitaciones factos et factas | de qbus
graues querelas frequenter habuimus: Approbando
constitucionem super hoc per dictum predecessorem
nostrum philippum de uienna In titulo de beneficiis
ecclesiasticis in secundo articulo : Statuimus et or
dinamus q de cetero dicti uisitatores-aut eorum uice
gerentes -modum et formam in dicto articulo con
tẽtos obseruare teneãtur : decernentes quod contra
acctum fuerit nullum et inualidum nulliusq; ualoris
ac momenti

DE lrĩs exequẽdis

QuIA sepe questioẽs oriũt Corã officiali nrõ super
execucioĩbus mãdatorum curie dicti officialis ppter in
certitudiẽz aut obscuritatẽ dictarũ execucionũ : Ad
tollẽdũ materiam questionum predictarum - Statui9

& ordiamus ultra ea que per predecessores nostros circa predicta statuta inueniuntur : quod de cetero curati aut uicarii seu rectores ecclesiarum parrochialiũ necnou notarii & alii quibus ex officiis suis incumbit onus exequendi predicta mandata: in suis executionibus ponant & scribant locum seu uillam in quo uel qua de cetero dicte executiones & si ad personam uel aliis facte fuerũt : ut facilius & sĩe fraude aut difficultate taxaciones expensarum dum casus accidunt fieri ualeant. Et hoc eis iniũgimus sub pena uingiti solidorũ turonẽciũ pro quolibet deffestu contra eos leuandorum

TEm inhibemus omnibus & singulis curatis seu rectoribus ecclesiarum parrochialium ac eciam notariis nostre diocesis : ne. de cetero citaciones generales in quibus certus numerus citandorum non continetur executioni demandare presumant sub pena uingiti solidorũ turonẽciũ. Notarii autem seu tabelliones Coram officiali nostro postulantes & alii ubicumq; existant ne tales citaciones generales faciant aut expediant : simili pena pro qualibet uice aiceant ad tollendum abusus infinitos qui dictarum citacionum occasione dietim oriũtur.

TEM portitores lrārum seu explectoꝝ curie predicte officialat⁹ ꝑ licteras seu explecta sua curatis seu uicariis locoꝝ in quibꝫ morātur / exequēdi ꝑ Citandi ꝑ aut excoīc ndi presētare & per eos execucioī demādare & non aliis si de ipīs copia haberi possit teneantur. Alieniqꝫ pbrī seu ui rii dictas licteras seu mandata uel explecta execucioī demādare non presumant. Et si ex neccessaria causa hoc fecerīt: infra xxiiiior horas a tpre dictarum execucionum propriis curatis notifficare teneātur: sub per tocius interesse parcium

TEM ꝙ infra nouem dies īclusiue / post datam licteraꝝ excoī toriaꝝ pro quacūqꝫ causa sīt impetrate ꝑ siue pro cōtumacia / aut pro recognita: impetrātes seu partes ad quaꝝ instān sūt impetrate curatis locorum in quibꝫ morātur excoī ndi ꝑ presentare teneant ꝑse uel eoꝝ certa mādata: ne causam ignorācie pretēdere aut allegare ualeant: Et ut eoꝝ parrochiani ab aliis forte pro excoīcatis executati se celeri⁹ absolui facere ꝓcurēt / Saluis tamen annexis consuetis super contumaci s.

TEM uolumus & ordīamus ꝙ statutum dnī guidonis predecessoris nrī immediati in suis statutis nouissime per eum factis positum incipiens. Item dictis curatis iniūgim⁹ / modo & forā in eo

cōtentis seruet. Et q̄ curati seu rectores ecclīaꝝ par/
rochialiū nrē dyoces negligētes mittere quolz anno
noīa & cognoīa excoīcatoꝝ in suis parrochiis / q aīo
indurato excoīcatioīs sentenciā per annū & diem et
ultra substinuerūt pēna xl solidoꝝ turonēn multent.

TEM & quia in diocesi nrā hactenus facti fuerunt &
indies fiunt infiniti abusus circa impetracioēs licte/
raꝝ uisualiū seu de uisurū absolui. Que licz duo
mēbra in se cōtineāt uidelz citacioēm partis uisurū
absolui īpetrātē | Et relaxioēm excoīs usq; ad certam
diē assignatā: Impetrātes tamē dictaꝝ licteraꝝ Eas
curatis suis presētāt ad finē q̄ sniā excoīcacioīs q in/
nodati erāt. relaxentur | usq; ad diē assignatā. Nec
curāt eas facere exequi quo ad citacoēm in ea contētā.
Et quandoq; lapso termīo dicte relaxioīs alias licte/
ras similes ab officiali nrō impetrāt & obtinēt: Ta/
cito q̄ similes licteras iam alias impetrauerīt in pre/
iudicium creditoꝝ | Vel eoꝝ qui dictos impetrantes
excoīcari fecerunt pro contumacia uel alias | Ac retar
dacionem iurium suoꝝ. Quibus cautelis obuiare
uolentes: omnibus curatis / uicariis / ac notariis
dicte nostre diocesis sub pena excomunicacionis &
quadragīta solidoꝝ turonēn pro qualz uice īhibem?
: ne de cetero post executioēm prīaꝝ lraꝝ uisualiū ab
ūna parte īpetrataꝝ | alias licteras silēs execucioī de/

mādent Nisi in scdīs lrīs contineatur & expresse ap/
poātur ista clausula: licet alias similes lrās . a nobis
impetrauerit & obtinuerit . Ipsasq3 lrās uisuales nul
latenus ꝑ relaxacoē ad tempus / executioni demādēt
| nisi prius partes Citādas modo & forma in dictis
licteris cōtentis . Citauerīt : simul & semel dctās lrās
secundum earū formā & tenorem ad plenum execu/
tioni demandando :
Et quia multi sunt in nostra diocesi curati | uicarii / &
alii sacerdotes minus sufficienter licterati : Et si lrās
didiscerīt : non fuerunt in pratica iurisdicionis eccle/
siastice usitati : Quaꝑpter certas clausulas in aliqbz
mādatis seu explectis curie dicti officialis breuiter ī/
scriptas cum dictioē intelligere nesciūt : Nec secudū
uerū intellectū dictaꝝ clausulaꝝ dicta mandata seu
explecta execucioī debite demādare . Quocirca man/
damus & iniūgimus omībus & singlīs ꝓcuratoribz
et praticātibus . in curia dicti officialatꝰ : ꝙ de cetero
dictas clausulas abbreuiatas ad longum et ītegraliter
scribant : & in dictis mandatis seu explectis apponāt
seu āpponi faciant prout est in relaxacionibus excoī/
cacionum: inquibus poni consueuit hec clausula Ca/
uentes & ͻ Et nil de contingentibus obmictentes & ͻ
& slībus : Et hoc sub pena solucionis & restitucionis
omnium dampnorum per ipsas partes incursorum
& sustentorum :

ITem ut didicimus / sepissime promotor noster gnālis uel ei⁹ substituti pro debitis & iuribus no/stris plures & diuersas psonas tam ecclesiasticas q̄ seculares excoīcari faciūt & pcurant. Cui graue esset si pro singulis psonis lrās excoīcatorias / mādata | & expleta pticulares aut pticularia in forma īpetrare cogeretur : Ipsiq3 debitores si sic fieret / p expēsis re/fundēdis grauiter lederētur : Ad releuandū predc̄tos snbditos nrōs ab oneribz & expēsis predc̄tīs | uolu/mus / statuim⁹ / & ordinamus : q̄ / prout hactenus factum extitit / dictus promotor noster a sigillifero nostro rotulum debitorū nostrorum manu sua signa/tum | & sigillo curie officialatus sigillatū | accipere teneatur. Ad singlāsq3 parrochias cōtra subditos aut parrochianos illius parrochie breuicula in papiro mictat : mandando singulis curatis aut uicariis q̄ ta/les & tales parrochianos suos. pro tali aut tali sōma excominicatos denunciet. dictiq3 curati seu uicarii predicta breuicula recipere teneantur : & eorum uir/tute. suos subditos aut parrochianos | nisi | soluerīt pro excomunicatis habere & eos denunciare teneātur absq3 aliis mandatis aut expletis in forma autentica expeditis. Et post soluciones factas eidem pmotori de singulis debitis possit & ualeat idem promotor absoluciones partibus soluentibus tradere & expedire : eciam per breuicula manu sua signata

In titulo de beneficiis ecclesiasticis

NNOVAMVS & publicari uolum⁹ quod p deffūctum dominū guidonē predecessorem nostrū immediatum statutū & ordinatum extitit in eodem titulo in articulo Item ut meli⁹ : Scz ꝙ omēs beneficiati nrāꝝ ciuitatis & dyocesis lingonēn / ac eciam simplices capellani de iuribz / ꝓuētibus / exitibz / ac bonis mobilibus quibuscunqꝫ / sibi ad causam beneficioꝝ suorū spectantibus / declaracionem sufficientem ī una papiro penes se habeant : Et de eadem ostensionem & uisionem faciant suis archydiaconis ac decanis ī eoꝝ uisitacionibus. hoc idem fieri uolumus & ordinam⁹ per matricularios ecclesiarum parrochialiū / ī dctīs ciuitate & dyocesi nostris existēn Et si in hiis deffecerint aut alter eoꝝ defecerit : contra eos ad pugnicioēz condignam pro eoꝝ negligencia procedemus :

Et insuper cōfirmamus & approbamus quod per defunctum dominū ludouicū cardinalem barrēn predecessorem nostrū in titulo de bēficiis ecclesiasticis in ultimo articulo eiusdem titnli statutū & ordinatū fuit : uidelz ꝙ nullus curatus ecclesiam suam curatam deserendo / Aliam ecclesiam curatam aut parrochialem admodiare aut ad firmam retinere presumat : Nisi p nos eidem fuerit sup hoc licēn cōcessa . Et hoc sub pena x libraꝝ turonēn elemosiē nrē applicādū

In titulo de testamentis

Statuimus & ordinamus q de cetero pbrī curati | uicarii | aliiq; sacerdotes & notarii | omīa & singula testamenta seu ordinacioēs ultimaꝝ uolūtatum decedencium in nrīs ciuitate & diocesi recepta | mictere aut defferre sigillifero nostro aut promotori nostro ī forma debita teneantur infra unum mensem a die . obitus ipsoꝝ testatoꝝ : ut per ea uel eas uideri & perpendi possit | Si predictoꝝ testatoꝝ deffunctornm uoluntates quo ad pia legata aut alia | consciencias eorū concernencia | factū & adimpleta fuerint uec ne : usq; predicta testamenta seu predicte ordinaciones ad conseruacionem oīm quoꝝ interest aperiantur | uideantur | & publicentur . Quia ut frequenter indies nobis relatum extitit : uix de centum unus inuenitur : qiu debite aut fideliter circa execucionem dictorum testamentorum se acquitare noscatur

Tem iuxta deteriācionem iuris communis scripti in l / sancimus C de testa | permictim⁹ | uolumus & cō cedimus | q curati seu rectores ecclesiarum parrochialium | ceteriq; presbiteri & alii in sacris ordinibz constituti in nostrad iocesi residēn . sua testamenta dum & quociens uoluerint condere possint Coram notariis publicis & aliis secundum formam iuris. Quotq; dicta testamenta durent & in suo robore

pmaneant per decem ānos a data ipōrū computādos : per lapſum autē̄m decēnii ea expirare declarantes :

In titulo de rebus eccleſie non alienādum & honeſte tractandum

T a multis nobis relatum extitit curati uicarii ſeu rectores eccleſiaꝝ ac matricularii earūdem per ciuitatem & dioceſim nrās conſtituti | pro ſuis neceſſitatibus aut uolūtatibz Calices | reliquiaria | iocalia | uaſa ſacra | aut ornaméta . uel alia bona mobilia deo dedicata Que nobis incōſultis & ſine ſolennitatibus in iure declaratis uēdi impignorari aut alias alienari prohibita ſūt : uendūt | impignorant | aut alienant . Et dum hec fecerint eorum ſpe redempcionis aut recuparacionis fruſtrati : predictā bona mobilia redimere non ualēt . Quare ī preiudiciū & graue dampnum predctāꝝ eccleſiaꝝ predctā bona uaſa ſacra | aut iocalia deperdūtur : aut nūq̄ recuperantur : idcirco ꝑ hoc preſēs ꝑpetuū ſtatutum inhibemus ſub pena excominicacioīs late ſētēcie Omībz & ſinglīs curatis | uicariis rectoribz ac matriculariis dictaꝝ nrāꝝ ciuitatis & dioceſis Ne de cetero q̄uis cauſa aut ocaſione abſq3 licēcia noſtra aut uicariorum nrōꝝ | uaſa ſacra ornamenta libros aut alia bona mobilia ſuarum eccleſiarum uēdant impignorēt | aut alias

quouismodo alienēt : nec ut uēdātur aut impignorāt cōsēsum prebeāt : Sciētes ꝙ si cōtra fecerit reos seu culpabiles uia iuris ad ea redimēdum de suo proprio cōmpellere faciemus . penam eciam condignam pro huiusmodi statuti nostri īfraccioē eos luere faciemus

TEM quia multi sunt religiosi & religiose | tam abbates priores q̄ abbatisse & priorisse diuersorum ordinum qui ab ātiquo sūt patroni certaꝝ ecclesiarū parrochialium : Et huioī iuris patronatus occasione seu titulo certas porcioēs in decimis & oblacionibus ac aliis iuribz parrochialibz ab ātiquo in ipīs ecclesiis pcipere & leuare cōsueuerūt : Et qr ecclesie sue aut moāsteria sua a dctīs ecclesiīs parrochialibz sūt distā-tes aut distancia : Ad leuādum & percipiendum iura huioī iuris patronatus occasioē sibi competēn | laicos puros & ignaros | ymō ut plurimum moribz & uesti-mentis īcomositos & inhonestos cōmictūt & depu-tant : Qui irreuerenter | indecēter | & inhoneste circa predictoꝝ iuriū leuacioēz & pcepcionem se continēt : Et sepe post cibum & potum ad altaria irreuerēter ac-cedunt scādala q̄ pluria inpplō cōmictēdo : idcirco de cetero dictis patronis hoc facere īterdicimꝰ & prohibe-mus . Necnō ꝙ de cetero iura suoꝝ patroātuū sibi cō-petēcia laicis nō admodient : aut ad firmam tradāt .

ymo si ea admodiare uoluerit: Curatis aut aliis viris ecclesiasticis seu saltim honestis personis tradāt | & leuanda commictent | que honeste & sine scandalo ea leuare & percipere possint & ualeant:

In titulo deparrochiis & alienis ꝓchianis

Icet dicti dnī cardiālis de barro titulo de sacramēto eucaristie | Et guido in titlō nono de parrochiis & alienis parrochianis predecessores nrī | salubria statuta & decreta pro dissēsioīb⁹ & ꝓcessibz cedādis sup mutacione domiciliorꝝ & parrochiarum que a multis subditis nrīs diuersorꝝ statuū fiūt sepissime : q̄plura statuta fecerint: Actamen crescente malicia & astucia pplī neccessarium nobis uisū est super certis dubiis que frequēter circa predcta in dicta nostra diocesi accidunt aliqua statuere.

AM ut ait lex Ex quibuslz dissencionibus res publica leditur | si quis ingenuā ℥ in ciuilibus ff de captiuis & postliminio reuꝰ: Neccesse ē ergo super nouis dissēsioībz & adiuēcioībz prout melius iuuāte deo poterim⁹ ad maliciis hoīm obuiādum | declaracionem seu limitacioēz facere. multi enī sūt ut ueraciter sciuim⁹ qui licet a primeuā sua etate seu saltim a longo tprē ī una parrochia mālerit | ex q̄ forte oriūdi sūt uel lōgo tprē ibi uixerit | Ac liberos habuerit & eduxerīt: Quibz curati aut rectores dctāꝝ prochialiū

ecclesiarum sacramēta baptismi | eucharistie | & peñitēcie Aliaq; ecclīastica sacramēta mīstrauerīt : dum tamen instat tempus quo nubere aut maritari debeāt | uidētes quod eorum curati aut rectores iura sua parrochialia assueta ab ipīs exigere uolūt prout iuris est & hactenus fuit obseruatum : Quia forte ī suis parrochiis nullas aut paucas deciās aut alios redditus uel prouētus preter dctā iura habeāt . ad alias parrochias se trāsferūt : putātes a curatis seu rectoribz dctorum locorum ad quos se trāsferūt facilius de dctīs iuribz parrochialibz maxīe de licēciis nubēdi tractare seu componere : Et ibi liberos suos aut alibi de licēcia eorum primi curati nuptui tradūt aut maritāt : Ex quo dctī primi curati q predictos liberos baptisauerūt | & eis sacramēta ecclīastica mīstrauerūt : iuribz suis sine causa fraudātur & frustrant' . ūde quam plures querelas & claōres ab ipīs curatis audiuimus & recepimus . Et cū hoc dctī curati a quo & ad quem sepe inter se lites & processus ualde dampnosos hac de causa coram officiali nrō mouēt & faciūt . Quibz maliciis obuiare uolētes unicuiq; ius suum seruetur illesum : habito sup hiis consilio cum officiariis nrīs : Statuimus | decernimus | & ordiāmus : quod si q coiuges aut eorum alter ī una prochia suo tpré usq; ad propagacionem liberorum & usq; ad id tempus quo predctī liberi nublés existūt pmāserīt . Si se a ppria parrochia in aliam parrochiam propinquam aut remotā

transtulerīt & ibi liberos suos nubere aut mrīmoniū cōtrahere contīgat: Teneātur sic nubētes aut mrīmonium contrahētes infra ānū & diem a tpré eoꝝ recessus primo curato soluere iura & debita pro licenciis nubendi | quas ab eo recipere tenebātur si ab ipso non recessisent: Secūdo autem curato ad quem se trāstulerint soluere tenebūtur iura sibi competēn. pro solēnizacioē dictoꝝ matrimoniorum secundum usus & consuetudiés dictoꝝ locorum & cniuslibet eorum.

De sacramento eucharistie

ENOVAMVS & publicari uolumus & mandamus statutum dicti dnī guidonis predecessoris nrī immediati de recepcione sacri uiatici quolibet anno saltim in festo pasche per quoslz subditos nostros in etate sufficién constitutos. illudq; districte obseruari uolumus & precipimus: mādantes & expresse iniūgentes omnibz & singulis curatis & rectoribus nré dioceš: Quot contra facientes aut hec facere negligentes seu obmictén | referant uel scribāt quolz āno infra festum sancte penthecostes: Nominaq; & cognomiā eoꝝ sigillifero aut promotori nostro portent aut mictant | ut contta eos cum rigore tanq̄ contra de heresi suspectos | uia iuris procedatur.

De iurisdictioé spūali nō perturbanda

ICET PREDECESSORES nostri & maxime dictus dominus Guido immediatus

noster predecessor cōtra pturbatores iurisdictionis ec clesiastice sufficiēter per sua noīssima statuta maledic cioībus sub certa forma uti & eas sīgulis diebz dnīcis publicari intra missaꝝ solēnia mādauerit: Multi tamen diuersoꝝ statuum sūt in nrā diocesi: qui plus solito iurisdictioēz ipsam spūalem tacite & occulte / quandoq; eciam publice & manifeste perturbare & impedire / ymo eciam / quod deterius est / ipsam abolere & eneruare non uerētur in ipsoꝝ animaꝝ dampnabile periculū. Quare īnouādo & expresse apꝓbādo predictum statutū: mandamus & districte omnibus & singulis decanis curatis & rectoribz predictis nrē diocesis: Sub pena decem libraꝝ turonēn pro quolz deffectu per eos facto precipimus: quatinus maledictiones in predicto statuto dnī guidonis uerbis gallicis descriptas singulis diebz dominicis intra missarum solēnia publice & alta uoce legāt: Et post lectionem in signū huioī maledictioīs cādelas accensas ad terram uiliter proiciant: Et campanam prout in talibus fieri solitum est pulsent / aut pulsari faciant

TEM cōfirmamꝰ approbamꝰ & inq̄tū opus est renouamus grām dctī dnī guidoīs predecessoris nrī īmediati ī fīe suoꝝ noīssīoꝝ statutoꝝ Omnibus curatis & rectoribz ecclīāꝝ parrochialiū dctāꝝ nrāꝝ cītatis & diocesꝭ: scilz ut facultatē hēāt quā & ipīs exnūc cōferiꝰ



ꝙ absoluere possint subditos & parrochianos suos super adulterio maxime quo ad uxores: Et de stupro seu defloracione non uioléta usqȝ ad synodum nostram proxime futuram

Tem & qr multi curati uicarii aut alii rectores ecclesiárum parrochialium nostraꝝ ciuitatis & diocesis / occasione statutoꝝ nostrorum synodalium aut predecessorum nostrorum sub pena excoīcacionis obsuari inditoꝝ / per negilgenciam aut ignoranciam quandoqȝ dictam sentān excoīcacionis incurrerūt: Vnde eorum syndereses eos stimulant & remordent: & de hiis consciēciam faciūt: per hoc presens statutum uolumus / declaramus / & decernimus: ꝙ a predictis sentēn excoīcacioīs hiis de causis per eos incursis exnūc absoluentur: prout & eos absoluimus. Non intendentes propterea quym de cetero predictas sentēn incurrant: si predicta nostra statuta uel predecessorum nostrorum obseruare & obseruari facere distulerint aut neglexerint.

TEM reuocamus quassamus & ánullamus omnes & singulas citaciones & moniciones generales / per nos aut uicarios seu officiarios nostros quibusuis personis ecclesiis & monasteriis concessas.

TEM precipimus & iniungimus omībus & singulis decanis ac curatis & rectoribz ecclesiaꝝ parrochialium nostrarum ciuitatis & dyocesis / ꝙ ipī decani infra mensem proxime uenturꝝ / a scriba seu secretario nostro: curati uero infra duos menses a die hodierna computando / ab eoꝝ decanis copiam presencium habeant & recipiant: Ipsaq; statuta diligenter studeant ut firmiter obseruent

ECTA et publicata fuerunt hec statuta in synodo generali celebrata die mercurii post misericordia dnī Anno eiusdem domini millesimo quadringentesimo nonagesimo primo

[illegible]

[illegible]

